

C A P U T X V.

Si procedat à Scorbuto, Hydrope, &c. ratio habenda est horum morborum. Externè Vesicatoria, Cucurbitula & Fonticuli convenient; sed supra omnia suademus ut pectus foveatur Salibus Volatisibus Oleosis.

Pro morbi huius Prophylaxi, medicocritas observanda est in usu sex rerum non Naturalium, & sedulo studendum est ut omnes evacuationes naturales debitum ordinem observent; & Alvus potius solutione quam pigrior semper remaneat.

C A P U T X V.

De Palpitatione Cordis.

1. *P*alpitatio Cordis, est Cordis, & Arteriarum motus convulsivus: cor autem est præcipua pars affecta.

2. Manu sentiri potest, & quandoque adstantibus videre & audire licet. Si procedat ab ira, timore, amore, exercitio immoderato, &c. Citissime cursum suum absolvit sed si ab Atrophia vel Cachexia originem ducat, diutius moratur, & sentitur quædam ponderositas a pastu, sed si à Scorbuto oriatur, adeo anxietas, &c.

3. *Causa* vel consistit in vitio Sanguinis, (qui cum sit nimium acidus vel biliosus vellicat nervos cardiacos & fibras motrices) vel procedit ab obstructione, si quid nempè adhæreat cordi vel arteriis, unde spiritus Animales cum impetu moventur, &c. & exinde est quod tristitia subita, timor, pudor, amor, &c. Palpitationem producunt.

4. Hic morbus pro periculo habetur, & si oriatur ab obstructione vel Læsione vasorum cardiacorum, tardaut nunquam curatur: sed si Sympatica sit, curatio morbo ex cuius consensu oritur, vel ipsa curabitur.

5. Et equidem opus foret minoris labori curam hujus morbi instituere, si rite dignosceretur causa; quæ quandoque facile satis, quandoque multò difficiilius

eruit.

De Palpitatione Cordis.

eruitur. Sed si materia acris & viscida peccet (in paroxysmo) *Salia Volatilia Oleosa* nulli remedio cedunt, Vel,

2f. spiri. vlni. iij. Sal. Volat. Succin. C. C. aa.
*3j. Cinamom. 3vj. Sal. Tartar. 3ij. Diger. per se-
ptimanam unam: deinde Destill. in Balneo Mariæ?*
*Spiritui destillato adde Olea Chimica, Matis, Caryo-
phyllor. Sem. Anisi, quantum cum illo commodè in-
corporari potest; ultimo infunde Croci, Castor. aa.*
3j. dosis gut. 30. in ullo vehiculo appropriato.

Sed si oriri videatur à *Sale Bilioſo, Cardiaca tem-
peratoria* cum *Acidis lenioribus usurpentur, ut Spi-
ritus Salis Ducl. Succus Citri, Lujula, Tinct. Corall.*
*&c. In Paroxysmo Venæſettio etiam conductit, præ-
cipue si adſit Plethora. Quamcumque autem agno-
ſcat cauſam, Absorbentia, & Bezoardica exhiberi
poſſent, ut Bezoard. Mineral. Terra Sigillat. Margarit.
Corall. Ocul. Canceror. Test. Ostrear. &c.*

Paroxysmo pedem referente purgatio levior, & mo-
derata locum obtinet, ut *Pill. Tartar. ex tribus, Vel.*

*2f. Rhabarb. 3ij. Tartar. 3ij. Ag. Cinnamom. 3vj.
fiat infusio pro una dosi. Purgatione peracta Diapho-
retica leviora ſæpè proſunt, ut*

*2f. Land. Lodenens. Camphor. aa. gr. ij. Bezoard.
Mineral. gut. iv. cum Confection. Alkerm. f. Bolus.*

Si procedat à *Scorbuto, affectu Hipochondriaco vel*
*Histerico, Cachexia, Atrophia, aut ſimilibus, prome-
venda eſt cura horum morborum, à quibus ipſa de-
pendet.*

In curando hoc morbo laudant Medici *Cor suis,*
Bovis, Cervi, &c. Externe ſuadent ut usurpentur
Cucurbitula, Sacculi, Unguentia, Fumigations, &c.

C A P U T XVI.

De Syncope, seu Leipothymia.

*2. E ST subita suppressio functionum Vitalium, or-
ta à animia fuſione vel Coagulatione Sanguinis.*

2. Si

C A P U T XVI.

2. Si solummodo adsit virium jactura, cum *Vertigine* & strepitu in Capite, variis coloribus oculis representati, labia, & Genae pallidæ, sudores frigidæ, & tantillum ægritudinibus, dicitur *Eclipsis*: sed si adsit etiam animæ deliquium dicitur *Leipothymia*, & si præter omnia hæc *Symptomata* pulsus etiam & respiratione deficiant, dicitur *Syncope*; vel *Asphyxia*, & ægrotans pro tempore mortui speciem præseferat.

3. *Deliquium Animi* oritur vel à penuria, suppressione, vel dissipatione spirituum animalium.

(1.) Penuria oriri potest à nimia sanguinis jactura, diarræa, alimenti defectu, &c.

(2.) Supressio ab ingrata aliqua visione, aut odore; vel ab affectibus animi, ut terrore, amore, &c.

(3.) Dissipatio, à veneno, febri pestilentiali, extremo labore, &c.

(4.) *Leipothymia* in fæminis *Hysterico affectu* obnoxia, vel quæ à *Phleboromia*, ingrato odore, visione aliqua inimica, &c. provenit, non multum metuenda est: Sed si *paroxysmus* diù persistat cum respirationis & pulsus defectu vel si crebrò recurrat, & ægrotans *Phtisis obnoxius* sit mors fores pulsat; & si *tremor* & *Convulsiones* adsit, omnis salutis spes deplorata est.

5. *Therapeia*, *Cardiaca* animi deliquio appropria, sunt illæ quæ vel spiritus volatilizant, quando Acidum coagulans prædominatur, vel quæ eosdem restaurant & concentrant, quando exhausti & dissipati, & irregulariter in cor & arterias exploduntur. Primi generis *Cardiaca* sunt volatilia salino Alkalia, adiuncta sulphureo Armoaticis, (i. e.) *Salibus Volatilibus Oleostis*, quorum Catalogum superiore capite recensuimus; Vel.

24. *Aq. Cinnamom.* 3iv. *Spir. Sal. Armoniae.* gut.
30. *Ol. Cinnamom.* & *Succin.* aa. gut. ij. *Syr Cariophyllo.* 3v. *Misc.* Hisce add. *Aq. Borragin.* *Melis* vel *Rosor.* prout necessitas & occasio postulat.

Sed si *Leipothymia* à febribus, &c. proveniat, Acidæ Volatilia (i. e.) *Spirit. Formicarum*, & Sulphureo-spirituosa adiuncta acidis præferenda sunt; ut *Spir. Sal.* *Dulse.* *Sulphur.* *Nitri,* &c. Vel.

R. Aq. Meliss. Cinnamom. aa. 3ij. Confectio Alkerm. 5j.
3j. Syr. Corall. 3j. Misce f. Julapium. Hisce adde suc-
cum citri, aurantiorum, Lujula, & similia, quando
nempè deliquum provenit à nimia dissolutione san-
guinis; semper tamen ratio habenda est morbi à
quo provenit deliquum.

Externe irroretur facies aqua frigida; & Spiritus
Salis Armoniaci fortissimus naribus admoveatur, &c.

C A P U T XVII.

De Inappetentia & Nausea, seu cibi Fastidio.

1. Inappetentia & Nausea est depravata ventriculi
fermentatio.

2. Causa (plerumque) est vel bilis præternaturalis,
vel visciditas pituitosa in plicis ventriculi latitans,
vel admixta ejus proprio fermento; vel denique viti-
um inest liquori glanduloso fermentationi adaptato.

Cause Accidentales forent, vel abusus sex rerum non-
naturalium, morbi alii prægressi (veluti febres, à qui-
bus sanguis depravatur, &c.) vel defectus fermenti vi-
talis: & quandoque etiam oritur ex consensu aliarum
partium, ut cerebri, uteri, &c. Vel ex quodam ac-
cidente quod Spiritus Animales exagitat.

3. Si in initio morbi contingat, res non adeò peri-
culi plena est, ac si in declinatione; si Chronicorum
morborum consortium ambiat, in deterius vergit; &
pejus se habet in pueris quam in adultis.

4. Pro Curatione, primo Emeticum levius conducit
(ad illud eliminandum quod fermentum vitiat) &
deinde si quid biliosum in culpa sit, stomachica una
cum acidis temperatiōribus convenient, ex. gr.

R. Spir. Salis Dulc. Essent. Mnth. Absint. Elixir. Propriet.
Paracels. aa. 3j. Aq. Cinam. 15j. Misce. Dosis 3v. sepius. Vel

C A P U T XVII.

34
2f. Tinct. Nucis Moscat. Piperis aa. 3j. Spir. Sal. 3j.
M. Dosis gutt. xxx. Absynthium & semina Carmina-
tiva addantur cerevisiae ordinariae, quae pro omni-
bus vehiculis inservire possunt.

Sed si acidum viscidum, dolorem gravativum in
ventriculo producat, & absorbentia Volatilia Aroma-
tica locum obtainent, ut,

2f. Ocul. canceror. Corall. aa. 3ß. Ol. Stillat. Aurantior.
Month. aa. gutt. iiij. Misce. Vel,

2f. Spirit. Saffaphras, Limon. aa. par. i. Infund. Myrrh.
Aloes, Croci, aa. quant. sufficit: Elixir hujus decan-
tati singulis guttis xxx. adde Olei Cinamom. gut. ij.
pro una Dosi.

Purgatio levior etiam conducit ad reliquias (si
quæ sint) Evacuandas, ut Elect. Diaprun. Sylvii Chola-
gogum, Pil. Aleophang. Stomach. &c.

Immodicus usus dulcium & pinguium sedulò vi-
tetur: hæc fermentum Stomachi pervertunt, si-
cut & omnia sulphura durioris indolis, nitra lixi-
vialia, &c. Opium fermentum obtundit & hebe-
tat. Motus etiam nimius vitandus est, nam humo-
res quiescentes excitat, unde spiritus irregulariter
functiones suas obeunt: idem etiam dicatur de af-
fectibus Animi.

Sed quandoquidem inappetentiam plerumque sic
symptoma alterius cuiusdam morbi præcipua cura
habenda est illius morbi, cui ortum suum deberet.

C A P U T XVIII.

De Appetitu Nimio.

1. E ST insatiabile comedendi desiderium, ortum
à fermento ventriculi vel nimia quantitate
audito, vel nimia acrimonia prædicto.

2. Quandoque nullus adest vomitus, & tunc dicitur

BHm

De Appetitu Nimo:

Bulimicos plerumque tamen vomitus succedit & sae-
piissime etiam dejectiones, quo in casu dicitur *Kha-*
norexia.

3. Autumo causam deducendam esse à succo è
glandulis ventriculis & *Æsophagi* exudante, nimia
mole abundante, vel nimis acri & acido, licet &
succus pancreaticus & saliva ejusdem vitii corre-
sint; etiam nimium cibi acriis & remediorum ejus-
dem naturæ assumptum famem hanc præducit.

4. Si non usque adeo extrema sit hæc fames, &
si *Plæthorica* constitutio adsit; patientes exinde
pinguescant: sed maxima pars hominum, hoc af-
fectu pectorum, macrescant, & nisi præsentem
ferant opem, in cachexiam, Phthisin, &c. præci-
pitantur.

5. *Therapeia.* Omnia Acida & acria procul ex-
tent, & pingua & Oleosa, quæ Acrimoniam ob-
tundunt in usum vocentur. Absorbentia hic sine
dubio conducent, sicut & omnia Salia Alkalia fi-
xa & Volatilia; périmit enim & temperant na-
turam Acidorum Corrodentium; hisce junge o-
piata.

1. *2f. Creta, Boli veri, Cinamom. aa. 3j. Ol. Menth.*
Sem. Anisi aa. gut. x. Theriac. venet. Antiq. 3ij. Misce
Dosis 3j. in Aq. Cinnam. Vel.

2. *2f. Sal Volat. Oleof. gut. xv. Laudan. Liquid. gut.*
x. Ol. Amygh. Dul. 3ß. pro una dosi. Vel,

3. *R. Antimon. Diaphoret. Corall. preparat. aa. 3ij.*
Laudan. Londinens. 3ß. Ol. Cinamom. gut. x. Misce
Dosis 3ij in vino Malag.

Laudant Medici iusculum Pingue, Gelatinas,
Vitella Ovorum in vino Meraciore exhibita.

Veteres & nonnulli etiam ex recentioribus! Me-
dicis suadent evacuationem instituendam esse per
vomitum & secessum; *Sylvius* & *Deckerus* hanc
sententiam rejiciunt, nos tamen novimus vomitum
curam hujus morbi perfecisse.

CAPUT XIX.

*De Do'ore Ventriculi, ejusque Symptomatis; Ru'ctibus,
Choler'a, Inflammatione, &c.*

1. ETS sensatio dolorosa in parte affecta, orta à
corrodente quadam Acrimonia, continuo
solvente.

2. Dicitur *Cardialgia*, quando superius ventricu-
li orificium afficit, & *Dolor Ventriculi* quando pylo-
rum afficit.

3. *Signa Cardialgiae*; sunt dolores acres, summi &
exquisiti, circa foveam ventriculi, quos, quando-
que comitantur vomitus, vertigo, Leipothymia;
Convulsiones, &c.

Si aliam Ventriculi partem afficiat, vel Pylorum,
Colicam, imitatur cum dolore quidem acerbissi-
mo, sed sine Symptomatis illis horrendis: plerum-
que tamen Vomitum producit, ardorem Ventricu-
li, ructus flatulentos, strepitus in intestinis exci-
tat, ut & Ventriculi distensionem, &c.

4. *Causa* est solutio continui ab Acido aliquo Mu-
coso Volatili, & Vaporibus Acrioribus, Causticis,
Deleteriis, & Malignis Salibus (ut in peste) Lumbri-
cis, Nisia Ingurgitatione ciborum acrum, Vene-
nis, & aliis Heterogeneitate partium dotatis: quæ
omnia adeò divellunt & distrahit fibras Nervosas, ut
Spiritus Animales extra ordinem cogantur, & furi-
bundos ineant motus; inde oriuntur gravissimi illi
dolores, qui varie ægratos discutiant pro natura cau-
ſæ peccantis: quæ si sit Mucilago ultra viscosa & Acido
Commixta, & si occurrat portio aliqua Bilis Volatilis
exinde formatur fermentum flatuosum, quod cum in
Duodeno majorem acquirat quantitatem (ubi nempe
duo succi sibi invicem occurunt) omnes supergredi-
tur.

De Dolore Ventriculi &c.

17

gut sine, seipsum in intestina, Hypochondria, Vena
triculum, &c. quaqua versum propellens: unde pro-
cedunt illa Ventris tormenta, intestinorum strepitus:
& ubi ejus cursui obex ponitur, etiam intumescen-
tia. Quod etiam particulis suis acutioribus fibras
nervos vellicat, unde sequitur Spasmodica con-
tractio Ventriculi & intestinorum, ex qua conten-
ta necessariō ejiciuntur: & prout hæc Salia sunt
magis vel minus Gastrica eō augetur vel diminui-
tur morbi malignitas; & aliquando non solum sub-
sequuntur vehementes Evacuationes, sed & inflam-
mationes, abscessus, Ulcera, Gangræna, imd &
nonnunquam ipsa mors horum vestigia premit.

5. Hic morbus est de acutiorum genere: & peri-
culo plenus: & prout Symptomata magis aut mi-
nus vehementer urgeant, ita ferendum est Judicium.
Si severissimi torqueant dolores, una cum sudori-
bus frigidis, animi deliquio, & Convulsionibus,
mors metuenda est: & si adsint febris Maligna,
Dysenteria, &c. Omnis ferè labitur spes: & si ad-
sit singultus, de morte adventante non amplius du-
bitandum est. Sed si dolores non usque ad eō urge-
ant, Symptomata mitescant, & Evacuationes mi-
nus vehementes sint, vel si solummodo à flatibus
procedant: minus est periculi.

In Constitutione Sana & Athletica, Cardialgia,
fuctus, & vomitus Critici, sine magno dolore, aut
noxa fiunt.

6. Therapeja. Motus violentiores, vel corporis, vel
animi in hoc morbo suscipiuntur, hostem enim è la-
tebris excitant, & nosmetipsi sæpiissimè experti su-
mus, quod frigus externum, si in ullam corporis
partem penetraverit, præcipue si Abdomem, Pectus
vel Pedes corripuerit, Cardialgiam excitavisset; &
in hoc casu Bolus sequens mirè efficax evasit.

R. Bezoard. Mineral. gr. xv. Ol. Destillat. Mentha, Ca-
ri Cinamomi, aa. gut. ij. Laudan. Londinensis. gr. ij. cum
Conseru. flor. Borrag. f. Bolus.

Absorbentia quidem adjuncta Stomachicis & Carmina-
tivis (& si dolor valde urgeat, & vehementia adsint Sym-
ptoma)

C A P U T X I X.

38 ptomata) etiam *Opiatis* benè præparatis , maxime profunt : sed oriatur ex assumptione ullius , v. gr , veneni , &c. nauseam , & vomitum creet , *Emetica* leviora primò exhibenda sunt .

1. R. *Aq. Cinamom. Menth. aa. 3j. Syr. Limon. 3ʒ. Landan. Liquid. gut. x. Misc. Vel.*

2. R. *Sal. Absinth. 3ʒ. Ol. Cinamom. Menth. aa. gut. ij. Syr. Citr. 3ʒ. Misc.*

Si *Cholera* adsit & bilis majore impetu fursum quam deorsum evacuationem attentet , *Enemata E-mollientia* conducunt , ut & *Colagogga* & *Laxantia* .

Ex. gr.

1. R. *Cassa recenter Extract. 3iiij. Senn. Rhabarb. pulveris. aa. 3ij. Ol. Stillatit. Menth. Macis aa. gut. ij. Land. Liquidigr. i. Misc.*

Si suspicio adsit malignitatis adde *Alexipharmacum* .

2. R. *Theriac. Venet. 3j. Sal. Volat. C. C. gr. vi. Ol. Chymic. Cariophyll. Aneth. aa. gut. iiiij. Misc.*

Si adsit inflammatio , & æger Athletico corpore gaudeat prodest *Sanguinem* detrahere ; non autem Catharsis aut Vomitus promovenda sine maxima cautela *Absorbentia* in hoc affectu convenient , sed *Salina Urinosa* precellunt , & si dolor valde urgeat addantur *Anodyna* . Si *Cardialgia* à flatibns procedat *Chararticum* aliquod *Carminativum* & *Enema* ad transitum liberorem promovendum opem sine dubio ferent .

Externè *Salia Volatilia Oleosa* pro fomentationibus utiliter usurpantur , & in *Cardialgia Spir. Rorismarin.* quo foveatur *Ventriculus* presens affert levamen .

C A P U T X X

De Singultu.

I: E st morbus *Ventriculi* , & *Causa* est quodcumque orificium superius *Ventriculi* inquietare

Vaq